

dicitur, in quo poeta solus loquitur,  $\mu\alpha\kappa\tau\circ\delta$  est ex utroque constans.

15 Virgilius Maro Mantuanus parentibus modicis fuit ac prae-  
cipue patre tenui. quidam opificem figulum, plures magistri,  
quidam viatoris initio mercennarium et silvis colendis ac  
apibus recurandis operam dedisse tradiderunt. natus est sub  
Gneio Pompeio Magno et Marco Licinio Crasso consule,  
20 iduum octavo die in pago qui Andes dicitur haut procul a  
Mantua. praegnans autem mater eius somniavit enixam se  
laurum ilico in speciem maturae arboris refertaque variis  
pomis ac floribus transfiguratam, et cetera vidisse in somnis  
de eodem puer, quae hic non sunt. initia aetatis Cremonae  
25 transegit usque ad virilem, quam septimo decimo anno a  
natali suo suscepit, evenitque, ut eo ipso die Lucretius poeta  
decederet. a Cremona ad Mediolanum et inde paulo post  
transiit ad urbem. corporis statura fuit grandi, aquilino co-  
lore, valitudine varia. nam plerumque a stomacho ac dolore  
30 capitis laborabat, sanguinem merum saepe reiecit neque mi-  
nimae libidinis in pueros proprios, sed proni amoris, quo-  
rum alterum maxime dilexit Cebetem et Alexandrum, quem